

De emendatione Portorii Elbingæ

- I Omnes merces ex Germania, Gallijs, Anglia, Belgio aut aliunde per mare et lacum Prutemicam aduectæ Elbingam prius deuiantur, neq; in lacu ut sætenuſ factum est distractæ ad alia loca transferantur ante, quam de singulis Elbingæ Portorii vectigal solutum fuerit, sub pœna confiscationis mercium hoc modo clam distractarum.
- II Quæcumq; merces ex quacumq; ditione terrarum nostrarum in Angliam vel aliam quæcumq; Prouinciã transportandæ sunt non ut sætenuſ ita deinceps per portum Pilauienſem præterita Elbinga sine Portorio deui permittemus, sed Elbingam prius perferri ibidemq; apud Præfectum proferas, Portorium soluere et recognitionem solutionis de singulis recipere volumus antequam nauibus exponantur, sub pœna confiscationis.
- III Non solum Angli sed omnes mercatores Belgæ et alij quicumq; de omnibus mercibus cuiuscumq; generis æquale Portorium soluant quod Gedani exigi solet, secundum quantitatem et qualitatem mercium.
- IV Quod si quædam merces peculiare fuerint quibus certum vectigal Gedani constitutum non est, ijs Sabita consideratione illarum certam pretium constituimus.
- V Inter pretiosiores à vilioribus, verbi gratia eos quos vocant *Fruntur* ab illis quos nominant *Kanastur* et uicissim eos inuicem quos vocant *duplices Kanastur* à simplicibus in æstimatione deinceps distinguere volumus.
- VI Pelles vulpinae cumicolorum et quasuis alias, colores item, præsertim eum quem *Kumiril* vocant à vectigalibus immunes esse notamus.
- VII Præfectum iuratum constituemus qui merces omnes ex Anglia aut aliunde aduectas, aut in Angliam aliasue Prouincias transportandas antequam è nauibus exponantur, diligenter inspiciat, eademq; iuxta modum vectigalibus

prescriptum aestimet, mercatoribusq; aestimationis à se factae consignationem tradat; neq; ulli mercatorum aut nautarum liceat res ullas è nauibus ante factam eiusmodi professionem exponere, sub pena confiscationis.

viii Praefectus ille si in collusione contra iuramentum deprædensus fuerit pena confiscationis omnium bonorum suorum mulctabitur

ix Duo Coricæi constituentur quibus exempla professionis mercium à mercatoribus factæ et recognitionis à Praefecto illis reddita confestim et quidem priusquam merces exponantur, dari debent, qui studiosè observabunt utram plures merces quam catalogo comprehensa fuerint è nauibus producantur.

x His salarij loco octava vel decima pars mercium caducarum concedatur, qui si in dolo aut collusione deprædensi fuerint capite mulcentur.

em

23

xii

in

e

ni

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]